

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Liber 16

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

2.3. In quid detur hac actio? R. in solidum  
D. l. 1. ff. h. nam quodammodo contrahitur cum  
eo, qui jubet D. l. 1. ff.

2.4. Quid si pater fidejusserit? R. non  
tenetur hac actione; quia quasi extraneus inter-  
venit; aliud enim est fidejubarere, et aliud ju-  
bare, unde et si inutiliter fide jusserit non  
tenebitur quasi jusserit D. l. 1. §. 5. h.

Ceterum an differat hac actio quod jussu  
ab actione directa et principali, si mores hodie-  
nos respicias, negandum videtur. vid. Beyer. h. Lib. 16.

## Liber 16.

### Tit. 1. Ad S. C. tum Vellejanum.

2.1. Quid sit comprehensum Senatusconsulto  
Vellejano? R. et si quidem foemina possint  
obligari in propriis causis, ac donare, l. 4. §. 1.

ff. h. at tamen statutum est, ne pro ullo interce-  
dant, l. 9. §. 2. ff. h. 7. facile enim ad interve-  
niantum inducuntur, et magno per hoc detri-  
mento afficiuntur D. l. 1. §. 1.

7 vid. in ed-  
leg. jur. can.  
l. 3. §. 22. n. 7.

2.2. Quid sit intercedere? R. id nihil aliud  
esse, quam pro alio se reum constituere, sine  
in se alienam, vel novam vel veterem obligatio-  
nem recipere; sine pro alio fidem suam in-  
terponere, aut etiam rem suam obligare, ita  
ut intercessio duplici modo fiat, ut si mulier  
se ipsam seu personam suam, vel etiam res suas  
pro alio obliget, l. 8. §. 1. ff. h.

2.3. Quid si mulier citra omnem fidejussionis  
gratiam pro alio solvat? R. nulla ei et repeti-  
tio tunc conceditur, l. 9. C. h. quia jura mu-  
lieri pro alio obligata, et non donanti succurrere  
voluerunt.

Q. 4. Quibus modis vel casibus mulieres hoc  
 S. C. i. beneficio destituantur. R. 1. si pro  
 libertate sibi, vel dote alterius mulieris inter-  
 ceperint. 2. si in propria utilitate fidejusse-  
 rint l. 13. h. vel etiam pretium pro fidejussione  
 acceperint l. 23. C. h.

3. si post primam intercessionem elapso biennio se-  
 rursum ~~idem~~ uni eisdemq; creditori obstrinxerint  
 l. 22. C. h.

4. si decipiendi animo, vel  
 cum scirent se non teneri pro aliquo intercesse-  
 rint; neq; enim decipientes, sed decepta  
 merentur auxilium l. 2. ff. h.

5. si credi-  
 tor, apud quem mulier fidejussit fuerit mi-  
 norrennis, l. 12 ff. de minor.

6. deniq; si de hoc beneficio sufficienter edocta nihilomi-  
 nus ei renuntiaverint. l. 5. in 5. ff. h.

Q. 5. Quid si pater consenserit in filia inter-  
 cessionem? R. Nihilominus adhuc erit locus  
 S. C. i. Vellej. Nec obstat, quod patris con-  
 sensus excludat Beneficium S. C. i. Macedo-  
 niani; quia Vellejanum in favorem mulierum;  
 Macedonianum vero in commodum patrum, et  
 odium foeneratorum introductum est. l. 40  
 ff. de cond. indeb.

Q. 6. Quid si creditor ignoraverit foeminam  
 intercedere? R. Subvenietur ei, nec S. C. i.  
 erit locus, l. 4. ff. 11. 12. ff. h.

Tit. 2.

### De compensationibus

Q. 1. Quid sit compensatio? R. est debiti, et  
 crediti inter se mutua contributio l. 1. ff. h.  
 compensare namq; dicitur debitor, qui, cum ei  
 vicissim aliquid debeatur a creditore, eodemq;

2. 1. Quid sit compensatio? Q. est debiti  
et crediti inter se mutua contributio.  
vg. debes mihi 100, ego autem tibi 70 esse  
extinctum. In hoc casu per compensationem  
cessatur debitum quoad 70 esse extinctum.

Lib. II.

~~2. 2. Quomodo à solutione~~

Differit à solutione, quia per hanc res <sup>debita</sup> praestatur  
actualiter et naturaliter, per compensationem  
vero tantum virtualiter et aequivalenter.

2. 2. Quomodo dividatur compensatio? Q. d.  
in propriam seu perpetuam, et impropria seu  
temporalem. 2. in publicam et occultam.

Propria, quam hic spectamus est, qua mutuum  
debitum usq. ad quantitatem concurrentem di-  
minuit, ut et extinguit, ut in exemplo supra  
posito videre est, quod <sup>tibi</sup> debitum quoad 70  
cessatur extinctum, et solum 30 restare cre-  
dentur.

Impropria, qua etiam retentio dicitur non  
extinguit debitum, sed solum tribuit facultatem  
rem alienam jure pignoris tandem retinendi;  
donec ratione debiti integrè satisfactum fuerit.  
per l. 48 ff. de Rei vind.

Compensatio privata seu occulta, est per quam  
creditor in suo debitore ex hujus bonis solvit  
sibi ipsi. de hac dicimus in jur. Can. tit. 23. n. 17.

Publica, est qua fit sciante creditore, et ea  
est quam hic tractamus.

2. 3. Quinam compensare possunt? Q. Compon-  
sare possunt qui inter se mutui debitores, et  
creditores sunt; Nec attenditur, quales sint  
ades ut nec excommunicati repellantur, cum etiam  
exipere permittantur; nec etiam excludantur  
qui speciali pacto se ad solutionem debiti  
adstrinxerunt, eo quod compensare in accip-

Lib. 16.

fione juris idem fit ac solvere l. 4. c. de  
h. l. Quod etiam probabilis tenendum,  
etiam si jurassent se soluturos, quia qui sic  
jurat, non intendit se ad aliquid de novo  
obligare, sed tantum obligationem veterem  
magis firmare, qua stante tamen locum  
habet compensatio. Smier. l. 3. §. 3. c. 8.  
sect. 2. n. 98.

2. 4. Quo modo compensatio fiat? R.  
ipso jure fieri, decisum. Q. exat in l. 4. c. h.  
Sensus est, ab ipso tempore, quo hinc inde  
mutuum concurrit, debitum illud ex toto  
vel ex parte diminui vel extinguere <sup>citra</sup>  
factum hominis. Nam si: debitum utrinque  
sit aequale, ut ego v. g. debeam Titio 100 ex  
mutuo, et ille mihi debeat 100 ex empto,  
totaliter aboletur debitum. Si autem debitum  
sit inaequale, ut ego v. g. debeam Titio 100  
ex mutuo et ille mihi debeat 50 ex empto  
debitum meum, usq. ad concurrentem quantita-  
tem nempe 50 minuitur.

Porro in quibus debitis et causis procedat com-  
pensatio vel non procedat dicemus in jure.  
Can. cit. l. c. Plura circa hanc materiam  
vid. Smier. cit. l. 3. §. 3. c. 8.

Tit. 3.

Depositum vel contra.

Hunc titulum <sup>prosequemur</sup> ~~prosequemur~~ sumus in jure  
Can. l. 3. §. 16. Solum huc adhuc quasi  
posset. Quanam actiones ex hoc contrac-  
tu pro deposito prodita sint? R. duae  
una est directa et contraria altera, direc-  
ta datur Domino quocumq. tempore, <sup>rem</sup> volenti re-  
petere adversus depositarium, ut rem ~~res~~ res-

Titulū incorruptam cum fructibus et omni  
causa, l. 1. ff. de h. Contraria de-  
positario, qui quavis tempore ab officio  
suo liberari potest /: nisi tempus pacto  
sit adjectum /: contra deponentem, ut reci-  
piat rem, et quidquid depositario ratio-  
ne sumptuum, vel ex alia alia causa abest,  
praestet; arg. l. 11. C. h.

Solent hū Civilista de sequestratione  
agi, Canonista verò specialē habent  
titulū in iur. Can. l. 2. d. 17. quē vide.

Lib. 17

### Liber 17

#### Tit. 1.

#### Mandati vel contra

Q. 1. Quid sit mandatum? R. est con-  
tractus, quo alienum negotium honestum ge-  
rendum sine expediendum alicui rogato atq;  
mercede specialiter committitur; ut iam diximus  
in inst. l. 3. h. t.

Q. 2. Quotuplex sit mandatum? R. duplex,  
judiciale de quo in iur. Can. <sup>agens</sup> dicitur de procu-  
ratoribus. et extrajudiciale, quod primum de-  
finimus. atq; tam per verba, quam per episto-  
lam vel nuntium contrahi potest.

Q. 3. Quid dicendum de causis mandatis?

R. Causa efficiens mandati remota est jus gen-  
tium, proxima uerò est consensus contrahentium,  
hoc est, mandantis et mandataris l. 6. ff. h.

Materiae sine obiectu sunt negotia honesta  
et licita d. l. 5. 33. Forma mandati est,  
ut gratis suscipiatur, quoniam mandatum  
ex amicitia ortur l. 1. ff. ult. ff. h. Finis  
est, ut quibus rebus homo ipse superesse non  
q. circa qua